



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Wolfgangvs Episc. 31. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

. Octob. S. OCTOB. VITA SANCTORVM. 533

ue odot
MELIN-
castitatis
Surio.
fructio:
quid fine
diligenda
epita de-
BIA.
(neque
ia vestra
editatem
& agros
em con-
terat sua
unt, fidz
is etiam-
so pla-
it, ut vel
erent, ac
do, pal-
scilicet
a victor
cassas ty-
etiam fo-
tam foni
germa-
lectum
lum mi-
succen-
pharunt;
Superis

uperis acclamantibus, & certos esse beatitatis
ubentibus. Meruere ergo laurum, quā ut coro-
arentur, capita securi submiserunt. Ex Metaphr.
Ante nos est Christus, ante nos bravium ejus;
dhunc dirige oculos tuos, averte à spectaculis, a-
vite ab omni seculari pompa: serva eos, ut erigas
nilioribus: erige ad celum; specta mare, terram
circumspice, ut opere facta divino omnīs creature
pascat. S. Ambros. in Psal. 118.

S. WOLFGANGVS EPISC.

31. Octobris.

S Tellam parturire sibi mater WOLFGANGI vi-
debatur. Non fecellit WOLFGANGVM pepe-
rit, sidus, à quo omnis Bojaria illustrem se fate-
tur. Natalium splendori jam inde à puero maje-
rem lucem à bonis artibus, maximam deinde à
iuncte accedit. Hæc cùm inter Herciniæ silvæ
Asetas aliquamdiu latuisset, suis tandem se radiis
prodicuit, & prælucere Bojis Ratisponæ jussa est.
Agonvere in Präsule suo vitæ magistrū omnium
ordinum homines. Virgines præcipue Deo dica-
te, quas ille à vitæ, ad quam nunc etiam pronum
et desicere, licentiâ, ad sanctiorem disciplinam
facilè omnes revocavit. Postea in desertos mon-
es aufugit, struxitque lacillum miraculis etiam-
um inclytum. Sed non potuit oculos effugere
stella tam nobilis. Retractus WOLFGANGVS post
longam absentiam pulchriùs jam Ratisponentibus
velut post tenebras luxit. Illud minimum tacen-
tum. Henricum Bavaram postea Augustum edu-
casse, illique Imperium tum in vitâ, tum à morte
sua prædictisse: nam ferunt Henrico dormienti
WOLFGANGYN adstitisse, & parieti gemina hæc

Z 2

yerba

334 VITA SANCTORVM 31. Octob.
verba (Post sex.) inscripsisse: experrectum illum
mortem primò in sextum diem, pòst in sextum men-
sem, tum in annum sextum expectasse, sed tuò
pro morte Imperiù scilicet adiisse. At VVOLFGAN-
GVM, cùm assēm omnem suum in fratres (ut ipse vo-
cabat) pauperes partitus esset, cælum ex ipso templo
D. Othmari, qui & Episcopatus illi & mortisvates
fuit, ad se rapuit. Nec injuriam terræ fecit, suum
abstulit, stellam tulit. Ex Surio.

Hora exitus nostri semper est intusenda, ista Re-
demptoris nostri admonitio ante mentis oculos sem-
per ponenda, quā ait, Vigilate, quia nescitis diem ni-
que horam. S. Greg. Hom. de x. Virg.

